Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



332

etiam dns noster de torrente istius saeculi aquas turbidas: aquas tristes
aquas quae non habent lectiam; Tulit calicem et impleuit de torrente mundi
et quum turbidae essent aquae: dicit. Pater si possibile est transe a me
calix iste; bibit ergo de torrente mundi istius sed non bibit quasi in domo sua
sed in uia ad alia festinans; bibit de torrente in uia. propterea bibit de torrente
et in uia erat, de torrente bibit; sic dns bibit de torrente mundi istius quanto magis
sci. Multis scire quum semp sci de torrente bibunt; Dicit in alio loco. Torrente
pertransibit anima sua; De torrente in uia bibit; Dicamus de torrente dicamus
etiam et testimonium. Torrente pertransibit anima sua; Multis scire et alium
torrentem; helias scs prophetae quando persequebatur eum hiezabel quan
do accepit erbum et quadraginta diebus et noctibus perrexit in heremum. Et erat in quid in
deserto et bibebat de torrente chobar; Uerum audientes torrentes istius
saeculi: Nolite disperare. frequent hic torrens defecit; Uidetur quidem
tumens: ee: uidetur habere aquas multas. sed cito deficit si sustineas; helias
quia bibit quidem in deserto aquam eo tempore quo erat in tristitia. quo erat in an
gustia: dimisit iudaeam et perrexit in montem sina: persequebatur enim eum hieza
bel et propterea bibebat de torrente chobar; Uerum quia perseuerauit et perseuera
uit usque in finem: Propterea defecit aqua torrentis: et dicit ad eum dns:
quum defecerit aqua torrentis: Uade in quid ad uiduam in sarepta sidoniorum
et colere; Ecce bibit et helias aquam de torrente. sed ipse dns atque saluator bibit
calicem de torrente cedron; sic enim scribitur ere est: Quando uenerunt et com
prehenderunt eum in torrente et cedron. Uidetis quam humilis sit locus tor
rentis: quam confragosus; Cedron lingua hebrea interpretatur tenebrae.
Uides igitur quum torrentes istius saeculi in tenebris sunt. Dns ergo traditur.
Et traditur rursum in monte oliueti. Et traditur in templo. sed et traditur
in torrente. et torrente tenebrarum hoc est cedron; Omnes enim qui odio ha
bent lucem. amant tenebras; et de torrente in uia bibit. Quia ergo bibit
dns de torrente et gustauit mortem. propterea exaltauit eum pater. et dedit
ei nomen quod est super omnem nomen. Deinde nunc dicitur: De torrente in uia bibit,
et quia bibit de torrente in uia. propterea exaltauit caput; et quid dicit. Cum
exaltatus fuero omnia traham ad me. Ille est exaltatus. et ipse exaltauit;
Istius caput exaltatum est. et cerum draconis capita conquassata sunt et confracta
sunt in mare. propterea exaltauit caput; Non dix propterea exaltatum est caput
eius. hoc est ab alio exaltatur: sed quia se humiliauerat. ipse exaltauit;
Ipse enim dix in euangelio; potestatem habeo animam meam ponendi. et potes

transiens